Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



82

Bilibris tritici ita intelligit̃ duo sextarii. & tres bi
libres ordei. sex sextarii. Et precipit̃ illi qui sedebat
in equo nigro hoc ē diabolo. ne frumentū tangat
aut ordeum. quia duo sextarii tritici. idē bilibris
denario uno ualet. similiter & tres bilibres ordei
denario uno. Sed iam nunc uideam quid ista significent.
Licet omnis eccla. frumentū sit iuxta qd apls
dicit. unus panis unū corpus multi sum in xpo.
tamen hic frumentū specialiter debem intelligere
pdicatores utriq; testamenti. qui moluntur
tribulatione psentis uitę. & excoquunt̃ igne passi
onis. & efficiunt̃ pulchritudinis xpi panis. eum
imitantes qui dicit de se. Nisi granū frumenti ca
dens in terra mortuū fuerit. ipsū solū manet;
Una q̄ bilibris ex duob; sextarius. quia solet homo
uas habere quod capit duos sextarios. intelligit̃
eccla una. ex duob; populis in unū collectis. iux
ta illud. Alias oues habeo quę n̄ sunt ex hoc ouili.
& illas oportet me adducere. & uocē meā audient.
& fiet unū ouile. & unus pastor. Subduali autē
numero comphendit̃ ppter duo testamenta. uel.
ppter geminū dilectionis precepti. Bilibris itaq;
tritici denario ualet. quia omis sā preciosо xpi
sanguine sunt redempti. Unde apls. Empti enī
estis precio magno. & cetera. Uel. p denarium
possum intelligere ipsū dnm xpm. quē accep
turi sunt in remuneratione. Laborantes enim
in uinea. denariū accepturi. Siue p denariū
uita eterna intelligit̃ que cunctis electis dabit̃.